atq; id ī eo in q̄ apprehēſi fuit ⁊ ap
prehēdē appetiit recognoſcāt. No
bis ei hꝰ ſtudio ārgumēti fuit ⁊ fi
dē facte rei tradē ⁊ operantis dei in
telligendā diligent̄ eē diſpoſitōez
q̄renibꝰ nō tacē. Explicit ar
gumentū. Incipit euangeliū
ſcdm Matheū. Ca. pmū.

Liber generationis
Ihu xpi filij dauid
filij abrahaz. Abra
ham genuit yſaac.
Yſaac autez genuit
iacob. Iacob aūt genuit iudaz et
frēs eiꝰ. Judas autē genuit pha
res ⁊ zara de thamar. Phares āt
genuit eſrom. Eſrom autē genuit
arā. Araz autē genuit aminadab.
Aminadab aūt genuit naaſon.
Naaſō aūt genuit ſalmō. Salmō
aūt genuit booz de raab. Booz āt
genuit obeth ex ruth. Obeth aūt
genuit ieſſe. Ieſſe autē genuit da
uid regē. Dauid aūt rex genuit ſa
lomonē ex ea que fuit vrie. Salo
mō āt genuit roboaz. Roboā aūt
genuit abya. Abya autē genuit
aſa. Aſa āt genuit ioſaphat. Jo
ſaphat aūt genuit ioram. Joraz
aūt genuit oziam. Ozias autē ge
nuit ioathā. Joathā aūt genuit
achaz. Achaz aūt genuit ezechiā.
Ezechias autē genuit manaſſen.
Manaſſes aūt genuit āmon. Am
mon aūt genuit ioſyam. Joſyas
aūt genuit iechoniā ⁊ fratres eius
ī trāſmigratōe babilōis. Et poſt
trāſmigratōez babilōis iechonias
genuit ſalathiel. Salathiel autē
genuit zorobabel. Zorobabel āt
genuit abiud. Abiud āt genuit
eliachim. Eliachī āt genuit azor.
Azor aūt genuit ſadoch. Sadoch
aūt genuit achim. Achim autez
genuit eliud. Eliud autez genuit
eleazar. Eleazar āt genuit mathā.
Mathā aūt genuit iacob. Jacob
autē genuit ioſeph viꝝ marie de
q̄ natus eſt Ihus q̄ vocatur xp̄s.
Oēs itaq; gn̄acōnes ab abrahaz
vſq; ad dauid. gn̄acōnes q̄tuorde
cim. Et a dauid vſq; ad trāſmigrā
tiōez babilōis. gn̄acōes q̄tuorde
cī. Et a trāſmigratōne babilōis vſq;
ad xp̄z. gn̄acōes q̄tuordecī. xp̄i āt
gn̄acō ſic erat. Cū eēt deſpōſata
mat̄ ihu maria ioſeph anq̄ ɔue
nirēt inuēta ē in vtero hn̄s de ſpi
ritu ſācto. Joſeph aūt vir eius cū
eēt iuſtꝰ ⁊ nollet eā traducere vo
luit occulte dimittē eā. Hec autez
eo cogitāte ecce angelꝰ dn̄i in ſō
nis apparuit ei dicēs. Joſeph fili
dauid noli timere accipe mariaz
ɔiugē tuā. Qđ eīm ī ea natū eſt de
ſpū ſācto ē. Pariet āt filiū ⁊ voca
bis nomen eiꝰ ihm. Ipe eīm ſaluū
faciet pp̄lm ſuū a pctīs eorū. Hoc
aūt totū factū eſt ut adimpleret̄
qđ dictū eſt a dn̄o ꝑ ꝓphām dicē
tem. Ecce v̄go in vtero hēbit ⁊ pa
riet filiū ⁊ vocabitur nomē eiꝰ ema
nuel qđ ē inťpretatū nobiſcū deꝰ.
Exurgens āt ioſeph a ſōno fecit
ſicut p̄cepit ei angelꝰ dn̄i et acce
pit ɔiugē ſuā. Et nō cognoſcebat
eā donec peperit filiū ſuū p̄mogeni
tū ⁊ vocauit nomē eiꝰ ihm. Ca. ij.

Cum natꝰ eēt ihs ī bethleez
iude in diebꝰ herodis regis
ecce magi ab oriēte venerūt ihero
ſolimā dicētes. Vbi ē q̄ natus eſt
rex iudeoꝝ. Vidimꝰ eīm ſtellā eiꝰ
in oriente ⁊ venimꝰ adorare eum.

Audiēs aūt herodes rex turbatꝰ
eſt ⁊ oīs ieroſolima cū illo Et cō
gregans oēs pͥncipes ſacerdotū ⁊
ſcribas pplī ſciſcitabat̄ ab eis vbi
xp̄s naſceret̄. At illi dixerūt ei. In
bethleem iude. Sic em̄ ſcriptū eſt
ꝑ pphām. Et tu bethleem terra iu
da nequaq̄ minima es in pͥncipi
bꝰ iuda. Ex te enim exiet dux q̄ re
gat pplm̄ meū iſrahel. Tunc hero
des clam vocatis magis diligenter
didicit ab eis tpus ſtelle q̄ appa
ruit eis ⁊ mittēs illos in bethleē
dixit. Ite ⁊ interrogate diligenter
de puero ⁊ cū inueneritis renūtia
te m̄ ut ⁊ ego veniens adorē eū.
Qui cum audiſſent regē abierūt.
Et ecce ſtella quā viderant in oriē
te antecedebat eos vſq dū veniēs
ſtaret ſupra vbi erat puer. Vidē
tes aūt ſtellā: gauiſi ſūt gaudio
magno valde. Et intrātes domū i
uenerūt puerū cū maria matre eiꝰ
⁊ ꝓcidentes adorauerūt eū ⁊ aper
tis theſauris ſuis obtulerūt ei mu
nera aurū thus ⁊ mirrā. Et rñſo
accepto in ſōnis ne redirēt ad he
rodē: ꝑ aliā viam reuerſi ſunt i re
gionē ſuā. Qui cū receſſiſſent: ecce
angelus dn̄i apparuit in ſōnis io
ſeph dicens. Surge ⁊ accipe pue
rū ⁊ mrē eiꝰ ⁊ fuge in egiptum ⁊
eſto ibi vſq dū dicā tibi. Futurū
eſt em̄ ut herodes querat puerū
ad ꝑdendū eū. Qui ↄſurgens ac
cepit puerū ⁊ matrē eiꝰ nocte ⁊ ſe
ceſſit in egiptū. Et erat ibi vſq ad
obitū herodis ut adimpleret̄ qd
dictū ē a dn̄o ꝑ pphām dicentem
Ex egipto vocaui filiū meū. Tunc
herodes vidēs qm̄ illuſus eēt a ma
gis iratus ē valde ⁊ mittens occi
dit oēs pueros qui erant in beth
leem in oībꝫ finibꝫ eiꝰ a bimatu ⁊
infra ſcd̄m tempꝰ qd exquiſierat
a magis. Tūc adipletū ē qd dictū
ē ꝑ ieremiā pphā dicētē. Vox i
rama audita eſt: ploratus et vlu
latus multꝰ: rachel plorās filios
ſuos ⁊ noluit ↄſolari q2 nō ſunt.
Defūcto aūt herode. ecce angelus
dn̄i apparuit in ſomnis ioſeph in
egipto dicēs. Surge ⁊ accipe pue
rū ⁊ matrē eiꝰ ⁊ vade in terrā iſra
hel. Defuncti ſūt em̄ qui querebāt
aīam pueri. Qui ↄſurgens accepit
puerū ⁊ matrē eius ⁊ venit in t̄rā
iſrahel. Audiēs aūt q archelaus
regnaret in iudea ꝓ herode patre
ſuo: timuit illo ire ⁊ admonitus ī
ſōnis ſeceſſit in ꝑtes galilee. Et ve
niens habitauit ī ciuitate q̄ voca
tur nazareth ut adipleret̄ qd di
ctū eſt ꝑ pphas quoniā nazare
us vocabit̄.

Capitulū .iij.

In diebꝰ aūt illis venit iohes ba
ptiſta predicās in deſerto iudee ⁊
dicens: penitentiā agite. Appropi
quabit em̄ regnū celorū. Hic ē ei
de quo dictū eſt ꝑ yſaiā pphā di
centē. Vox clamātis in deſerto pa
rate viā dn̄i: rectas facite ſemitas
eiꝰ. Ipſe aūt iohes habebat veſti
mentū de pilis camelorū ⁊ zonam
pelliceā circa lūbos ſuos. Eſca āt eiꝰ
erat locuſte et mel ſilueſtre. Tūc
exibat ad eum ieroſolima ⁊ oīs
iudea ⁊ oīs regio circa iordanē ⁊
baptiſabant̄ ab eo in iordane cō
fitētes peccata ſua. Vidēs aūt mł
tos phariſeorū ⁊ ſaduceorū veniē
tes ad baptiſmum ſuū: dixit eis.
Progenies viperarū quis demon
ſtrabit nobˀ fugere a ventura ira.

Facite ergo fructū dignū penitentie
Et ne velitis dicē intē vos·patrez
hēmꝰ abrhā· Dico em̄ vobis qm̄
potēs eſt deꝰ de lapidibꝰ iſtis ſu
ſcitare filios abrhe. Iā em̄ ſecuris
ad radicez arboꝝ poſita ē·Ois ergo
arbor q̄ nō facit fructū bonuz exci
det̄ ⁊ in ignē mittet̄. Ego q̄dē bap
tiſo vos in aq̄ in penitētiā·qui āt
poſt me venturus ē: fortioꝛ me eſt
cuiꝰ nō ſū dignus calciamēta por
tare·Ipē vos baptiſabit in ſpūſā
cto ⁊ igni. Cuiꝰ ventilabꝝ in manū
ſua ⁊ pmūdabit areā ſuaz ⁊ ꝯgre
gabit triticū ī horreū ſuū·paleas
aūt cōburet igni inextinguibili·
Tūc venit ihus a galilea ī iorda
nē ad ioh annē ut baptiſaret̄ ab
eo Iohēs aūt phibebat eū dicēs
Ego a te debeo baptiſari ⁊ tu venis
ad me. Rn̄dens aūt ihus dixit ei
Sine mō· Sic em̄ decet nos imple
re oēm iuſticiā· Tūc dimiſit eum.
Baptiſatus aūt ihs ꝯfeſtim aſcē
dit de aq̄·Et ecce apti ſūt ei celi et
vidit ſpm̄ dei deſcendentē ſicut co
lumbā ⁊ venientē ſuper ſe·Et ecce
vox de cel' dicēs· Hic eſt filiꝰ meꝰ
dilectꝰ ī q̄ m̄ ꝯplacui· Ca·iiij·

Tunc ihus ductꝰ eſt in deſer
tū a ſpū ut tēptaret̄ a dyabo
lo Et cū ieiunaſſet q̄draginta die
bꝰ ⁊ q̄draginta noctibꝰ poſtea eſu
rijt·Et accedēs temptatoꝛ dixit ei·
Si filiꝰ dī es dic ut lapides iſti pa
nes fiant· Qui rn̄dens dixit· Scri
ptū eſt· Nō in ſolo pane vivit hō
ſꝫ in oī verbo qd̄ pcedit de ore dei·
tūc aſſūpſit eū dyabolꝰ ī ſcāz ciuita
te ⁊ ſtatuit eū ſup̄ pinaculū tēpli
⁊ dixit ei. Si filius dei es mitte te de
orſū· Scriptū ē em̄ qꝛ angelis ſuis
mādauit de te ⁊ in manibꝰ tollēt
te·ne forte offendas ad lapidem
pedē tuū· Ait illi ihs rurſū. Scriptū
eſt· Nō tēptabꝭ dn̄m deū tuū· Iterꝝ
aſſumpſit eū dyabolꝰ ī montē ex
celſū valde ⁊ oſ̄dit ei om̄a regna
mūdi ⁊ gloriā eoꝝ ⁊ dixit ei· Hec
om̄a tibi dabo ſi cadēs adoraueris
me· Tūc dicit ei ihs· Vade ſatha
na Scriptū eſt em̄· Dn̄m deū tuuz
adorabꝭ ⁊ illi ſoli ſuies· Tunc reli
q̄t eū dyabolꝰ et ecce angeli acceſ
ſerūt ⁊ miniſtrābāt ei· Cū aūt au
diſſet ihs qꝛ iohēs trāditus eſſet
ſeceſſit ī galileaz ⁊ relicta ciuitate
nazareth·venit ⁊ habitauit in ci
uitate capharnaū maritima in fi
nibꝰ zabulon ⁊ neptalim·ut ad
īpleret̄ qd̄ dictū ē p yſaym pphe
tam·terra zabulon ⁊ terra nepta
lim via maris trās iordanē gali
lee gentiū pplus qui ambulabat
in tenebris vidit lucē magnaz ⁊
ſedētibꝰ in regione umbre mortis
lux orta eſt eis· Exinde cepit ihus
p̄dicare ⁊ dicere· Pn̄iaz agite Ap
propinq̄bit em̄ regnū celoꝝ· Am
bulās aūt iux̄ mare galilee vidit
duos fratres ſymonē q̄ vōtur pe
trus ⁊ andreaz frēm eiꝰ mittētes
rete in mare· Erant em̄ piſcatores
⁊ ait illis· Venite poſt me ⁊ faciā
vos fieri piſcatores hominū. At il
li ꝯtinuo relictis retibꝰ ſecuti ſunt
eū· Et pcedēs inde vidit alios du
os frēs iacobū zebedei ⁊ iohānez
frēz eiꝰ ī naui cū zebedeo pr̄e eorū
reficiētes retia ſua ⁊ vocauit eos·
Illi aūt ſtatī relictis rētibꝰ ⁊ patre
ſecuti ſūt eū· Et circuibat ihus to
tā galileā docēs ī ſynagogis eoꝝ
⁊ p̄dicās euāgeliū regni ⁊ ſanās

oēm languorē ⁊ oēm infirmitatē
ī ꝑplo· Et abijt opinio ei⁹ in totā
ſyriā ⁊ obtulerūt ei oēs male ha
bentes varijs lāguorib⁹ ⁊ tormē
tis ꝯprehēſos ⁊ q̄ demonia habe
bāt ⁊ lunaticos ⁊ paraliticos ⁊ cu
rauit eos ⁊ ſecuti ſunt eum turbe
multe de galilea ⁊ decapoli ⁊ de ihe
roſolimis ⁊ de iudea ⁊ trans iorda
nē·

## Capitulū· v·

Videns autem ihūs turbas
aſcendit in montem et cum
ſediſſʒ acceſſerūt ad eum diſcipu
li eius ⁊ aperiens os ſuū docebat
eos dicēs· Beati paupes ſpū· qm̄
ipoꝝ eſt regnū celoꝝ· Beati mites
qm̄ ipſi poſſidebūt terrā· Beati q̄
lugēt· qm̄ ipi ꝯſolabunt Beati q̄
eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſtitiā· qm̄ ipi ſa
turabunt Beati miſericordes· qm̄
ipi miſericordiā ꝯſequent· Beati
mūdo corde· qm̄ ipi deū videbunt
Beati pacifici· quoniā filij dei vo
cabuntur. Beati qui pſecucōnem
patiuntur ꝓpter iuſtitiā· quoniā
ipſorū eſt regnum celorum· Bea
ti eſtis cum maledixerint vobis et
perſecuti vos fuerint et dixerint
omne malū aduerſū vos mētien
tes ꝓpt me· Gaudete ⁊ exultate· q̄
niā merces vrā copioſa ē ī celis
Sic em̄ pſecuti ſūt ꝓphās qui fue
runt añ vos· Vos eſtis ſal terre·
Qđ ſi ſal euanuerit in quo ſalietur
Ad nihilū valet vltra niſi ut mit
tat foras ⁊ ꝯculcet ab hominibʒ·
Vos eſtis lux mūdi· Nō pōt ciui
tas abſcōdi ſupra montē poſita
neqʒ accēdūt lucernā ⁊ ponūt eā
ſub modio ſed ſup candelabꝝ ut
luceat oib⁹ qui ī domo ſūt· Sic lu
ceat lux veſtra corā hominib⁹ ut
videant opa veſtra bōa ⁊ glorificēt
patrē veſtꝝ qui in cel' eſt· Nolite
putare qm̄ veni ſoluere legē aut
ꝓphetas· Non veni ſoluere· ſʒ ad
implere· Amen quippe dico vob
donec tranſeat celū ⁊ terra· iota
vnū aut vnus apex nō preteribit
a lege· donec oīa fiant· Qui ergo
ſoluerit vnū de mandatis iſtis
minimis ⁊ docuerit ſic homines mi
nim⁹ vōbit ī reḡ celoꝝ· q̄ āt fecerit
⁊ docuerit· hic magn⁹ vocabit in
regno celoꝝ· Dico autē vobis qꝛ
niſi abundauerit iuſtitia veſtra
plus q̄ ſcribaꝝ et phariſeorū: nō
intrabitis in regnū celoꝝ· Audi
ſtis quia dictū eſt antiquis nō oc
cides· qui āt occiderit: reus erit iu
ditio· Ego aūt dico vobis· qꝛ oīs
q̄ iraſcit fr̄i ſuo: re⁹ erit iudicio· q̄ āt
dixerit fr̄i ſuo racha: re⁹ erit ꝯcilio·
q̄ āt dixerit fatue: re⁹ erit iehenne
ignis· Si ḡ offers mun⁹ tuū ad
altaē ⁊ ibi recordat⁹ fueris qꝛ frat
tuus habet aliquid aduerſum te
relinque ibi munus tuum ante al
tare ⁊ vade prius reconciliari fra
tri tuo ⁊ tunc veniens offeres mu
nus tuum· Eſto conſentiens ad
uerſario tuo cito dum es ī via cū
eo ne forte tradat te aduerſari⁹
iudici ⁊ iudex tradat te miniſtro
⁊ in carcerem mittaris· Amen di
co tibi· non exies in de donec red
das nouiſſimum quadrantem·
Audiſtis quia dictū eſt antiquis
non mechaberis· Ego autē dico
vobis· quia omnis qui viderit
mulierem ad concupiſcendū eā
iam mechatus eſt eam in corde
ſuo· Qđ ſi oculus tuus dexter ſcā
daliſat te: erue eum ⁊ ꝓice abs te

Expedit em̄ tibi ut pereat vnū mē
broꝝ tuoꝝ q̄ꝫ totū corp9 tuū mit
tat̄ in iehennā ignis. Et ſi dextra
man9 tua ſcādaliſat te abſcide eā
et ꝓice abs te. Expedit em̄ tibi ut
peat vnū mēbroꝝ tuoꝝ q̄ꝫ totū
corpus tuū eat ī iehennā. Dictū ē
autē quicūqꝫ dimiſerit vxorē ſuā
det ei libellū rēpudij. Ego aūt dico
vob̄ qꝛ oīs qui dimiſerit vxorem
ſuā excepta fornicationis cā. facit
eā mechari ⁊ q̄ dimiſſā duxerit
adulterāt. Iterū audiſtis qꝛ dictū
eſt antiq̄s. Non piurabis. reddes
aūt dn̄o iuramēta tua. Ego autē
dico vob̄ nō iurarē oīno. neqꝫ per
celū. qꝛ tronus dei ē. neqꝫ p terrā
qꝛ ſcabellū eſt pedū ei9. neqꝫ p ihe
roſolimā. qꝛ ciuitas eſt magni re
gis. neqꝫ p caput tuū iuraueris.
qꝛ nō potes vnū capillū albū fa
cere aut nigꝝ. Sit aūt ſmo veſter
eſt eſt. nō nō. qđ aūt hijs abun
danti9 ē: a malo eſt. Audiſtis qꝛ
dictū eſt. oculū ꝓ oculo. dentē ꝓ
dente. Ego aūt dico vob̄ nō reſiſte
re malo. ſꝫ ſi q̄s te pcuſſerit in dex
trā maxillā tuā pbe illi ⁊ alterā ⁊
ei q̄ vult tecū in iudicō cōtendere
⁊ tunicā tuā tollere dimitte et pa
liū. Et quicūqꝫ te angariauerit mil
le paſſus vade cū illo ⁊ alia duo.
Qui autē petit a te da ei ⁊ volenti
mutuarē a te ne auertaris. Audiſtis
qꝛ dictū ē. Diliges ꝓximū tuum et
odio hēbis inimicū tuū. Ego āt dico
vob̄ diligite īimicos vr̄os: bn̄faci
te hijs q̄ oderūt vos et orate ꝓ p
ſequētib9 ⁊ calūniantib9 vos ut
ſitis filij pr̄is veſtri q̄ in cel̄ eſt. q̄
ſolē ſuū oriri facit ſuper bonos et
malos ⁊ pluit ſup iuſtos et iniu

ſtos. Si em̄ diligitis eos q̄ vos di
ligūt quā mercedē hēbitis. Nōne
⁊ publicani hoc faciūt. Et ſi ſalu
taueritis frēs vr̄os tm̄. quid am
pli9 facitis. Nōne ⁊ ethnici hoc
faciūt. Eſtote ꝰ vos pfecti ſicut ⁊
pat̄ vr̄ celeſtis pfect9 ē. Ca. vi.

Attēdite ne iuſticiā vr̄am fa
ciatis corā hoīibus vt videa
mini ab eis. alioqn̄ mercedē non
hēbitis apud patrē veſtꝝ q̄ in ce
lis ē. Cū ꝰ facis elemoſinā noli
tuba canere an̄ te. ſic ypocrite faci
unt ī ſynagogis ⁊ in vicis ut ho
norificent̄ ab hoīb3. Amē dico vo
bis receperūt mercedē ſuā. Te aūt
faciēte elemoſinā neſciat ſiniſtra
tua q̄d faciat dextra tua. ut ſit ele
moſina tua in abſcōdito ⁊ pater
tu9 q̄ videt in abſcōdito reddet ti
bi. Et cū oratis nō eritis ſicut ypo
crite q̄ amāt in ſynagogis ⁊ ī an
gul̄ plateaꝝ ſtātes orare ut vide
ant̄ ab hoīb9. Amē dico vob̄ rece
perūt mercedē ſuā. Tu aūt cū ora
ueris intrā ī cubiculū tuū ⁊ clauſo
oſtio ora prē tuū in abſcōdito ⁊
pr̄ tu9 q̄ videt ī abſcōdito reddet
tibi. Orātes āt nolite mltū loq̄. ſic
ethnici faciūt. Putāt em̄ qꝛ ī mul
tiloq̄o ſuo exaudiant̄. Nolite ꝰ aſ
ſimilari eis. Scit em̄ pat̄ vr̄ quid
opus ſit vob̄ an̄q̄ꝫ petatis eū. Sic
ꝰ vos orabitis. Pat̄ noſter q̄ es
in cel̄ ſāctificet̄ nomen tuū. Adue
niat regnū tuū. Fiat volūtas tua
ſicut in celo ⁊ ī terra. Panē noſtꝝ
ſupſubſtātialē da nob̄ hodie. Et
dimitte nob̄ debita nr̄a ſic̄ ⁊ nos
dimittim9 debitorib9 nr̄is. Et ne
nos inducas ī tēptatiōē. ſꝫ libera
nos a malo. Si enim dimiſeritis

hoībꝰ peccata eoꝝ: dimittet et vo
bis paṫ veſter celeſtis delicta vr̄a
Si aūt nō dimiſeritis hominibuſ
nec paṫ veſter dimittet voƀ pecca
ta vr̄a· Cū aūt ieiunatis: nolite fi
eri ſicut ypocrite triſtes. Extermināt
enī faties ſuas: ut pareāt hoībus
ieiunātes· Amen dico voƀ· qꝛ rece
perūt mercedē ſuā· Tu aūt cū ieiu
nas vnge caput tuū ⁊ fatiez tuaz
laua: ne videaris hoībꝫ ieiunās ſꝫ
pr̄i tuo q̇ ē ī abſcōſo ⁊ pr̄ tuꝰ q̇ vi
det ī abſcōſo reddꝫ tibi Nolite the
ſaurizaṙe voƀ theſauros ī ṫrā vbi
erugo ⁊ tīea demoliṫ ⁊ vbi fuēs ef
fodiūt ⁊ furāṫ· theſaurizate āt voƀ
theſauros in celo vbi neqꝫ erugo
neqꝫ tīea demoliṫ ⁊ vbi fuēſ n̄ effo
diūt nec furanṫ. Vbi ē theſaurus
tuꝰ: ibi ē ⁊ cor tuū· Lucerna corpo
ris tui ē oculꝰ tuꝰ· Si oculꝰ tuꝰ fu
erit ſimplex: totū corpꝰ tuū lucidū
erit· Si autē oculꝰ tuꝰ fuerit neq̄
totū corpꝰ tuū tenebroſū erit· Si
ḡ lumē qđ in te eſt tenebre ſunt:
ipſe tenebre quāte erunt. Nemo
pōt duobꝫ dn̄is ſuire Aut eī vnū
odio habebit ⁊ alteꝝ diliget aut
vnū ſuſtinebit ⁊ alteꝝ ꝯtemnet·
Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ mamone
Ideo dico voƀ ne ſolliciti ſitis aīe
veſtre q̇d mūducetis· neqꝫ corpi
vro q̇d induamī· Nōne aīa plus
ē q̄ eſca ⁊ corpꝰ plus q̄ veſtimen
tū. Reſpicite volatilia celi qm̄ nō
ſerūt neqꝫ metūt· neqꝫ ꝯgregāt in
horrea ⁊ paṫ veſter celeſtis paſcit
illa· Nōne vos magis pluris eſtis
illis. Quis aūt veſtꝝ cogitans po
teſt adicē ad ſtaturā ſuā cubitū
vnū. Et de veſtimēto quid ſollici
ti eſtis. Cōſiderate lilia agri quō

creſcūt· Non laborant neqꝫ nent·
Dico aūt vobis· quoniā nec ſalo
mon in omni gloria ſua coopertus
eſt ſicut vnum ex iſtis· Si enim fe
num agri qđ hodie eſt ⁊ cras in
clibanum mittitur deus ſic veſtit
q̄nto magis vos minime fidei· No
lite ergo ſolliciti eſſe dicentes q̇d
manducabimus aut quid bibe
mus aut quo operiemur· Hec eī
omnia gentes inquirunt· Scit eī
pater veſter quia hijs omnibus
indigetis· Querite ergo primum
regnū dei ⁊ iuſtitiā eius ⁊ hec om
nia adiciētur vobis· Nolite ergo
ſolliciti eē in craſtinū· Craſtinus
enī dies ſollicitus erit ſibi ipſi· Suf
ficit diei malitia ſua· Ca·vij·

Nolite iudicaṙe ⁊ nō iudicabi
mini· nolite ꝯdēnare ⁊ nō cō
demnabimī· In quo eī iudicio iu
dicaueritis iudicabimī ⁊ in q̄ mē
ſura mēſi fueritis remetieṫ vobis
Quid aūt vides feſtucaz in oculo
fratris tui ⁊ trabem in oculo tuo
nō vides. Aut quomō dices fra
tri tuo frater ſine: eiciā feſtucā de
oculo tuo et ecce trabs eſt in ocu
lo tuo. ypocrita eice primū trabez
de oculo tuo ⁊ tunc videbis eicere
feſtucaz de oculo fratris tui· Noli
te dare ſanctū canibꝰ· neqꝫ mitta
tis margaritas vr̄as ante porcoſ
ne forte ꝯculcēt eas pedibꝰ ſuis ⁊
ꝯūſi dirūpāt vos· Petite ⁊ dabiṫ
voƀ· q̄rite ⁊ inuenietis· pulſate ⁊
apieṫ voƀ· Ōis eī q̇ petit accipit ⁊
qui querit inuenit ⁊ pulſanti ape
rieṫ· Aut q̇s eſt ex vobis hō quez
ſi petierit filiꝰ ſuꝰ panē nūquid la
pidē porriget ei. Aut ſi piſcē petie
rit nūquid ſerpentez porriget ei.

Si ergo vos cū ſitis mali noſtis bō
data dare filijs vrīs· quāto magis
pater veſter q̄ in cel' ē dabit bō petē
tibꝰ ſe.· Oīa ergo quecūq; vultis ut
faciāt vob hoīes ⁊ vos facite illis
Hec ē eīm lex ⁊ ꝓphe· Intrate per
āguſtā portā· q̄ lata porta ⁊ ſpa
tioſa via eſt q̄ ducit ad ꝑdicōez
⁊ multi ſūt qui intrāt ꝑ eam· Quā
anguſta porta ⁊ arta via eſt que
ducit ad vitā et pauci ſūt q̄ inue
niūt eam· Attēdite a falſis ꝓphis
qui veniūt ad vos in veſtimētis
ouiū intrīſecus aūt ſūt lupi rapa
ces· A fructibus eorū ꝯgnoſcetis
eos· Nūquid colligunt de ſpinis
vuas aut de tribulis ficus.· Sic oīs
arbor bō fructꝰ bonos facit· mala
aūt arbor malos fructꝰ facit· Nō
pōt arbor bō malos fructꝰ facere·
neq; arbor mala bonos fructꝰ fa
cere· Oīs arbor q̄ nō facit fructū
bonū excidet̄ ⁊ in ignē mittet̄· Igi
tur ex fructibus eoꝝ cognoſcetis
eos· Nō oīs qui dicit m̄ dn̄e dn̄e
intrabit ī regnū celoꝝ ſ; qui facit
volūtatē pr̄is mei qui ī cel' eſt ipſe
intrabit in regnū celoꝝ· Multi di
cēt m̄ in illa die dn̄e dn̄e nōne in
noīe tuo ꝓphetauimꝰ ⁊ in nomie
tuo demonia eiecimꝰ ⁊ in tuo no
mie v̄tutes multas fecimꝰ ⁊ tunc
ꝯfitebor ill'· q̄r nūq̄ noui vos· Diſ
cedite a me ōnes q̄ opami iniq̄ta
tē· Oīs ergo qui audit v̄ba mea hec
⁊ facit ea· aſſimilabit̄ viro ſapiē
ti qui edificauit domū ſuā ſup pe
trā ⁊ deſcēdit pluuia ⁊ venerunt
flumina ⁊ flauerūt vēti ⁊ irruer̄t
in domū illā ⁊ nō cecidit· Fūdata
eīm erat ſup petrā. Et oīs q̄ audit
v̄ba mea hec ⁊ nō facit ea· ſimilis
erit viro ſtulto q̄ edificauit domū
ſuā ſupr̄ arenam ⁊ deſcendit plu
uia ⁊ venerunt flumina et flaue
runt venti et irruerūt in domum
illā ⁊ cecidit ⁊ fuit ruina eiꝰ mag̃
Et factū ē cū ꝯſūmaſſet iħus v̄ba
hec ādmirabāt̄ turbe ſup doctrina
eiꝰ· Erat eīm docēs eos ſicut ꝑtātē
hn̄s ⁊ non ſicut ſcribe eoꝝ ⁊ pha
riſei· Ca· viij·

Cum aūt deſcēdiſſet de mon
te ſecute ſūt euꝫ turbe multe
et ecce leproſus veniēs adorabat
eū dicēs· Dn̄e ſi vis potes me mū
dare· Et extēdens manū iħus teti
git eū dicēs· Volo mūdare· Et cō
feſtim mūdata ē lepra eiꝰ· Et ait
illi iħus· Vide nemi dixeris· ſ; va
de oſ̄nde te ſacerdoti ⁊ offer munꝰ
tuū qđ p̄cepit moyſes ī teſtimo
niū ill'· Cū aūt introiſſet caphar
naū acceſſit ad euꝫ cēturio rogās
eū ⁊ dicens· Dn̄e puer meꝰ iacet
in domo paliticus ⁊ male torq̄tur
Et ait illi iħus Ego veniā ⁊ curābo
eū· Et rn̄dens cēturio ait· Dn̄e nō
ſū dignꝰ ut ītres ſub tectū meū ſ;
tm̄ dic v̄bo ⁊ ſanabit̄ puer meus
Nam ⁊ ego hō ſū ſub ꝑtāte ꝯſtitu
tꝰ hn̄s ſb me milites ⁊ dico huic
vade ⁊ vadit ⁊ alio veni ⁊ venit
⁊ ſuo meo fac hoc ⁊ fac· Audiēs
aūt iħus miratus ē et ſequētibꝰ
ſe dixit· Amē dico vob, Nō iueni
tantā fidē in iſrl' · Dico aūt vobis
q̄ multi ab oriēte ⁊ occidēte veni
ent ⁊ recūbent cū abrhā ⁊ yſaac
⁊ iacob in regno celoꝝ Filij autē
regni eicient̄ in tenebras exterio
res Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū
Et dixit iħus cēturioni Vade ⁊ ſi
cut credidiſti fiat tibi· Et ſanatus

eſt puer ex illa hora. Et cū veniſſꝫ
ihs ī domū petri vidit ſocrꝫ eiꝰ ia
centē ⁊ febricitātē ⁊ tetigit manū
eiꝰ ⁊ dimiſit eā febris ⁊ ſurrexit ⁊
miniſtrābat ei. Veſpe aūt facto ob
tulerūt ei multos demonia hn̄tes
⁊ eiiciebat ſpūs verbo ⁊ oēs male
hn̄tes curauit ut adimpleret̄ qđ
dictū ē p yſaiā pphāꝫ dicentē. Ip
ſe īfirmitates nrās accepit ⁊ egro
tacōnes nrās portauit. Vidēs aūt
ihus turbas multas circū ſe. iuſ
ſit diſcipulos ire trās fretū. Et ac
cedēs vnꝰ ſcriba ait illi. Magiſter
ſeq̄r te quocūqꝫ ieris. Et dic̄ ei ihe
ſus. Vulpes foueas hn̄t et volu
cres celi nidos. filiꝰ aūt hoīs non
habꝫ vbi caput ſuū reclinet. Aliꝰ
autē de diſcipul' eiꝰ ait illi. Dn̄e: p
mitte me p̄mū ire ⁊ ſepelire prēm
meū. Ihs aūt ait illi. Sequere me
⁊ dimitte mortuos ſepelire mortu
os ſuos. Et aſcendēte eo ī nauicu
lā ſecuti ſūt eū diſcipuli eiꝰ ⁊ ecce
motus magnus factus ē in mari
ita ut nauicula operiret̄ fluctibꝰ.
Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerūt
⁊ ſuſcitauerūt eū dicētes. Dn̄e: ſal
ua nos pimus. Et dicit eis ihus.
Quid timidi eſtis modice fidei.
Tūc ſurgēs imperauit vētis ⁊ ma
ri ⁊ facta ē trāquillitas mag̃. Por
ro hoīes mirati ſūt dicētes. Qual'
ē hic. qꝛ vēti ⁊ mare obediūt ei. Et
cū veniſſet ihs trās fretū in regio
nē geraſenoꝝ: occurrerūt ei duo
hn̄tes demoīa de monumētis exe
untes ſeui nimis. ita ut nemo poſ
ſet trāſire p viā illā. Et ecce clama
uerūt dicētes. Quid nob ⁊ tibi ihu
fili dei. Veniſti huc an̄ tēpꝰ torq̄
re nos. Erat autē nō lōge ab illis

grex porcoꝝ multoꝝ paſcens. De
mones aūt rogabāt eū dicentes.
Si eiicis nos hinc: mitte nos ī gre
gē porcoꝝ. Et ait illis. Ite. At illi
exeūtes abierūt in porcos. Et ecce
magno impetu abijt totꝰ grex p
p̄ceps ī mare ⁊ mortui ſūt in aq̄s
Paſtores aūt fugerūt ⁊ venientes ī
ciuitatē nūtiauerūt hec omia ⁊ de
hijs q̄ demoīa habuerāt. Et ecce
tō ciuitas exijt obuiā ihu ⁊ viſo
eo rogabant eum ut tranſiret a fi
nibus eoꝝ.

## Capitulū. ix.

Et aſcendēs ihs in nauiculā
trāſfretauit et venit in ciuita
tē ſuā. Et ecce offerebāt ei paliticū
iacentē ī lecto. Et vidēs ihs fidē il
loꝝ: dixit palitico. Confide fili. Re
mittūt̄ tibi pctā tua. Et ecce q̄dā
de ſcrib' dixerūt itr̄ ſe. Hic blaſphe
mat. Et cū vidiſſꝫ ihs cogitacōes
eoꝝ dixit. Vt q̄d cogitatis mala
ī cordibꝰ vrīs. Quid ē faciliꝰ dicē
dimittuntur tibi peccata: an dice
re ſurge ⁊ ambula. Vt autē ſcia
tis qꝛ filiꝰ hoīs habet ptātem di
mittendi pctā in terra. tūc ait pa
ralitico. ſurge tolle lectū tuū ⁊ va
de in domū tuā. Et ſurrexit ⁊ abijt
in domū ſuā. Videntes aūt turbe ti
muerūt ⁊ glificauerūt deū q̄ dedit po
teſtatē talē hoībꝰ. Et cū trāſiret inde
ihs vidit hoīem ſedentē ī theloneo
matheū nomine. Et ait illi. Seque
re me. Et ſurgens ſecutus eſt eum
Et factū eſt diſcumbente eo in do
mo: ecce multi publicani et pecca
tores venientes diſcumbebant cū
iheſu ⁊ diſcipulis eius. Et videntes
phariſei dicebant diſcipulis eiꝰ.
Quare cū publicanis ⁊ pctōribꝫ mā
ducat mgr̄ vr̄. At ihs audiēs ait

Nõ ē opus valentibꝰ medicus. ſꝫ
male hñtibꝰ. Euntes āt diſcite q̄d
ē: miam volo et nõ ſacrificiũ. Nõ
enĩ veni vocare iuſtos. ſꝫ peccatores
Tũc acceſſerũt ad eũ diſcipuli io
hãnis dicẽtes. Quare nos ⁊ pha
riſei ieiunamꝰ frequent᷑. diſcipuli
aũt tui nõ ieiunãt. Et ait illꝭ ih̄s.
Nũquid pñt filij ſpõſi luge᷑ q̄diu
cũ illis ē ſpõſus. Veniẽt āt dies
cũ auferet᷑ ab eis ſpõſus et tũc ie
iunabũt Nemo autẽ immittit cõ
miſſuraꝫ pãni rudis in veſtimẽtũ
vetus. Tollit enĩ plenitudinẽ eiꝰ
a veſtimẽto ⁊ peior ſciſſurã fit. Ne
qꝫ mittũt vinũ nouũ in vtres ve
teres. Alioq̄n rũpunt᷑ vtres ⁊ vi
nũ effundit᷑ ⁊ vtres pereũt. Sed
vinũ nouũ in vtres nouos mit
tũt et ābo ꝯſuant᷑. Hec illo loquẽ
te ad eos. ecce prĩceps vnꝰ acceſ
ſit ⁊ adorabat eũ dicẽs. Dñe filia
mea mõ defũcta ē. ſꝫ veni impone
manũ ſup eã ⁊ viuet. Et ſurgens
ih̄s ſeq̄bat᷑ eũ ⁊ diſcipuli eius.
Et ecce mulier q̄ ſãguĩs fluxuꝫ pa
tiebat᷑ duodecĩ ãnis acceſſit retro
⁊ tetigit fimbriã veſtimẽti eiꝰ. Di
cebat enĩ intra ſe. Si tetigero tm̄
veſtimentũ eiꝰ ſalua ero. At ih̄s
ꝯuerſus ⁊ vidẽs eã dixit. Confide
filia Fides tua te ſaluã fecit. Et ſal
ua fcã ē mulier ex illa hora. Et cũ
veniſſet ih̄s in domũ prĩcipis ⁊
vidiſſet tibicines ⁊ turbã tumul
tuantẽ dicebat. Recedite. nõ ē enĩ
mortua puella. ſꝫ dormit. Et deride
bãt eũ. Et cũ eiecta eſſet turba in
trauit ⁊ tenuit manũ eiꝰ ⁊ dixit.
Puella ſurge ⁊ ſurrexit puella. Et
exijt fama hec in vniuſã terrã. Et
trãſeunte inde ih̄u ſecuti ſunt euꝫ
duo ceci clamãtes ⁊ dicẽtes. Miſe
rere noſtri fili dauid. Cũ aũt veniſ
ſet domũ acceſſerũt ad eũ ceci ⁊ dic᷑
eis ih̄s. Creditis q꞉ hoc poſſum fa
cere vob᷑. Dicũt ei. vtiqꝫ dñe. Tũc
tetigit oculos eoꝝ dicẽs. Scd̄m fi
dẽ vrãm fiat vob᷑ Et apti ſũt oculi
eoꝝ. Et cõminatus eſt eis ih̄us di
cens. Videte ne q̊s ſciat. Illi autẽ
exeũtes diffamauerũt eũ in tota
t᷑ra illa. Egreſſis autẽ illis ecce ob
tulerunt ei hoiem mutũ demoniũ
hñtem ⁊ eiecto demonio locutus
eſt mutꝰ ⁊ mirate ſũt turbe dicen
tes. Nũq̄ꝫ apparuit ſic i iſrl᷑. Pha
riſei aũt dicebãt. In prĩcipe demo
nioꝝ eicit demones. Et circuibat
ih̄us oẽs ciuitates ⁊ caſtella do
cens in ſynagogis eoꝝ ⁊ p̄dicãs
euangeliũ regni et curãs oẽm lã
guorẽ ⁊ oẽm infirmitatẽ. Videns
aũt turbas miſertꝰ ē eis. q꞉ erãt
vexati ⁊ iacẽtes ſicut oues nõ ha
bentes paſtorẽ Tũc dicit diſcipu
lis ſuis. Meſſis quidẽ multa. opa
rij āt pauci. Rogate ḡ dñm meſ
ſis ut mittat op̄arios in meſſem
ſuam. Ca. decimũ.

ET conuocatis duodecim diſci
pul᷑ ſuis. dedit illis ptãtem
ſpirituũ imũdoꝝ ut eicerẽt eos et
curãrent oẽm lãguorẽ ⁊ oẽm infir
mitatẽ. Duodecĩ aũt noĩa diſcipu
loꝝ ſũt hec. Primꝰ ſymõ q̄ dicit᷑
petrꝰ ⁊ ãdreas frat᷑ eiꝰ. philippꝰ
⁊ bartholomeꝰ. iacobꝰ zebedei ⁊
iohẽs frater eius. thomas et ma
theꝰ publicanꝰ ⁊ iacobꝰ alphei ⁊
thadeꝰ. ſymõ chananeꝰ ⁊ iudas
ſcariothis qui ⁊ tradidit eũ. Hos
duodecĩ miſit ih̄us p̄cipiens eis
dicens. In viã gẽtiũ ne abieritis

⁊ in ciuitates ſamaritanorū ne in
traueritis· ſ; potiuſ ite ad oues q̄
pierūt dom⁹ iſrl'· Euntes autē p̄di
cate dicentes· q̄r appropinq̄bit re
gnū celoꝝ· Infirmos curate· mor
tuos ſuſcitate· leproſos mūdate·
demones eicite· grātis accepiſtis· g̃
tis date· Nolite poſſidē auꝝ neq;
argētū neq; pecuniā ī zonis v̄ris·
Nō peraꝫ ī via neq; duas tunicas
neq; caltiamēta neq; v̄gā· dign⁹
enī ē opari⁹ cibo ſuo· In quācūq;
aūt ciuitatē aut caſtellū intraue
ritis: īterrogate q̄s in ea dign⁹ ſit
⁊ ibi manete donec exeatis· Intrā
tes aūt ī domū ſalutate eā dicētes
Pax huic domui· Et ſi q̄dē fuerit
dom⁹ digna: veniet pax v̄rā ſup eā
ſi aūt nō fuerit digna: pax v̄rā re
uertet' ad vos· Et quicūq; nō rece
perit vos neq; audierit ſermones
v̄ros: exeūtes foras de domo vel ci
uitate excutite puluereꝫ de pedib⁹
v̄ris· Amē dico vob' tolerabilius
erit terre ſodomoꝝ ⁊ gomorreoꝝ ī
die iudicij q̄ꝫ illi ciuitati· Ecce ego
mitto vos ſic̄ oues ī medio lupo
rū· Eſtote ꝰ prudētes ſic̄ ſerpētes
⁊ ſimplices ſic̄ columbe· Cauete au
tē ab hoībꝫ· Tradēt enī vos ī cōci
lijs et in ſynagogis ſuis flagella
būt vos ⁊ ad reges ⁊ p̄ſides duce
mini ꝓp̄t' me ī teſtimoniū ill' ⁊ gē
tib⁹· Cū aūt tradēt vos: nolite co
gitaē quō aut q̄d loq̄mini· Dabi
tur enī vob' ī illa hoā q̄d loq̄mini
Nō enī vos eſtis q̄ loq̄mini· ſ; ſpi
ritus prīs v̄ri q̄ loq̄tur ī vob' Tra
det aūt frat' frēꝫ ī mortē et pr̄ filiū
⁊ inſurgent filij in p̄ntes ⁊ morte
eos afficient ⁊ eritis odio oībus
ꝓp̄t' nomē meuꝫ· Qui aūt pſeuera

uerit vſq; in finem hic ſalu⁹ erit·
Cū aūt pſequent' vos in ciuitate
iſta: fugite in aliā· Amen dico vo
bis nō ꝯſūmabitis ciuitates iſrl'· do
nec veniat fili⁹ hoīs· Nō eſt diſci
pulus ſup magiſtꝝ nec ſeru⁹ ſup
dn̄m ſuū. Sufficit diſcipulo ut ſit
ſicut magiſter ei⁹ ⁊ ſeruo ſic̄ dn̄s
ei⁹· Si patrēfamilias beelzebub
vocauerunt: q̄ntomagiſ domeſti
cos ei⁹· Ne ergo timueritis eos·
Nihil enī ē optū q̄d nō reueletur
⁊ occultū q̄d nō ſciat'· Q̄d dico vo
bis in tenebriſ dicite in lumine ⁊
q̄d in aure auditis p̄dicate ſup te
cta· Et nolite timere eoſ q̄ occidunt
corp⁹· aīaꝫ aūt nō pnt occidere·
ſ; potiuſ timete eū qui pōt ⁊ aīaꝫ
⁊ corp⁹ pdere in iehennā· Nonne
duo paſſeres aſſe veneūt ⁊ vnuſ
ex ill' nō cadet ſup terraꝫ ſine prē
v̄ro· Veſtri aūt ⁊ capilli capitis
oēs numerati ſūt· Nolite ergo ti
mere: multis paſſeribuſ meliores
eſtis vos· Omnis ergo qui confi
tebitur me coraꝫ hominib⁹· confi
tebor ⁊ ego eum coraꝫ patre meo
qui in celis eſt· Qui aūt negauerit
me corā hominib⁹: negabo ⁊ ego
eum coraꝫ patre meo qui in celis
eſt· Nolite arbitrari quia pacem
venerim mittere in terram· Nō ve
ni pacē mittere ſed gladiū· Veni
enim ſeparare hominē aduerſuſ
patreꝫ ſuum ⁊ filiā aduerſus ma
treꝫ ſuā ⁊ nurum aduerſus ſocrū
ſuam ⁊ inimici hominiſ domeſtici
eius· Qui amat patrē aut matrē
pluſ q̄ꝫ me non eſt me dign⁹ Et q̄
amat filiū ꝯ filiā ſup me nō ē me
dign⁹· Et q̄ nō accipit cruceꝫ ſuaꝫ
⁊ ſequitur me nō eſt me dignus·

Qui inuenit aīaꝫ suā· ꝑdet illā ⁊
q̄ ꝑdiderit aīaꝫ suā ꝓpꝰ me inue
niet eā· Qui recipit vos me recipit
et q̄ me recipit recipit eū q̄ me mi
sit. Qui recipit ꝓpheam in nomine
ꝓphe mercedē ꝓphe accipiet· Et q̄
recipit iustū in noīe iusti mercedē
iusti accipiet· Et quicūq; potuꝫ de
derit vni ex minimis istis caliceꝫ
aque frigide tm̄ in noīe ꝺ scipuli
Amen dico vob̄ nō ꝑdet mercedē
suam· Ca·xi·
ET factū est cū ꝯsūmasset ihe
sus ꝑcipiēs duodecim disci
pul̄ suis· trāsijt inde ut doceret ⁊ ꝑ
dicaret ī ciuitatibꝫ eoꝝ· Johēs āt
cum audisset in vincul̄ opa xpi·
mittēs duos de discipul̄ suis ait
illi Tu es q̄ venturꝰ es an aliū ex
pectamꝰ· Et rn̄dens ihūs ait illis
Eūtes renūtiate iohi q̄ audistis ⁊
vidistis· Ceci vidēt· claudi ambu
lant· leprosi mūdant· surdi audi
unt· mortui resurgūt· paupes euā
gelizant ⁊ btūs est qui nō fuerit
scādalisatus ī me· Illis autē abeū
tibꝰ cepit ihūs dicere ad turbas
de iohe· Quid existis in desertū vi
dere· Arundinē vēto agitatam·
Sꝫ q̄d existis videre· Hoīem mol
libꝫ vestitū· Ecce q̄ mollibꝰ vestiū
tur ī domibꝰ regū sunt· Sꝫ q̄d exi
stis videre· Prophaꝫ· Etiaꝫ dico
vob̄ ⁊ plus q̄ ꝓphaꝫ· Hic ē ei de
q̄ scriptū ē· Ecce ego mitto vobis
angelū meū an̄ faciē tuā q̄ prepa
rabit viā tuā an̄ te· Amē dico vo
bis nō surrexit int̄ natos mulieꝝ
maior iohe baptista· Qui aūt mi
nor ē in regno celoꝝ· maior ē illo·
A diebꝰ aūt iohis baptiste vsq;
nūc regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊ vio

lenti rapiūt illud· Oēs enī ꝓphe ⁊
lex vsq; ad iohem ꝓphauerūt et
si vultis recipe ipe est helias q̄ vē
turꝰ est· Qui hꝫ aures audiendi
audiat· Cui aūt similē estimabo
gn̄acōem istā· Simil̄ ē pueris se
dentibꝫ ī foro q̄ clamantes coeq̄li
bꝰ dicūt· Cecinimꝰ vob̄ ⁊ non sal
tastis· lamētauimꝰ ⁊ nō planxistis
Venit enī iohēs neq; māducans
neq; bibēs et dicunt demoniū hꝫ
Veīt filiꝰ hoīs māducās ⁊ bibēs
⁊ dicūt ecce hō vorax ⁊ potator vi
ni· publicanoꝝ et pctōꝝ amicus
Et iustificata ē sapiētia a filijs su
is· Tūc cepit exprobrarē ciuitati
bus in q̄bꝰ facte sūt plurime v̄tu
tes eiꝰ· q̄a n̄ egissent pn̄iaꝫ· Ve ti
bi corozaim· ve tibi bethsaida· q̄r
si in tyro ⁊ sydone facte eēnt v̄tu
tes que facte sūt in vob̄· olim in ci
litio ⁊ cinere pn̄iaꝫ ēgissent· Veꝝ
tn̄ dico vobis tyro ⁊ sydone remis
siꝰ erit in die iudicij q̄ꝫ vob̄· Et tu
capharnaū· nūquid vsq; in celū
exaltaberis· Vsq; in infernū descē
des· q̄r si in sodomis facte fuissent
v̄tutes q̄ facte sūt in te forte man
sisset vsq; in hāc diē· Verūtamē
dico vob̄ q̄r terre sodomoꝝ remis
siꝰ erit ī die iudicij q̄ꝫ tibi· In illo
tpe rn̄dens ihūs dixit· Cōfitebor
tibi pat̄ dn̄e celi ⁊ terre· q̄a abscō
disti hec a sapiētibꝰ ⁊ prudentibꝰ
⁊ reuelasti ea puulis· Ita pat̄ qm̄
sic fuit placitū an̄ te· Oīa m̄ tradi
ta sunt a prē meo. Et nemo nouit
filiū n̄ pat̄· neq; patrē q̄s nouit n̄
filiꝰ ⁊ cui voluerit filius reuelare
Venite ad me oēs q̄ laboratis et
onerati estis ⁊ ego refitiam vos
Tollite iugum meuꝫ super vos ⁊

diſcite a me qꝛ mitis ſū et humil
corde ⁊ inuenietis requiē aīab⁹
veſtris Jugum eñ meū ſuaue eſt
⁊ onus meū leue. Ca.xij.

In illo tēpe abijt ihūs p ſata ſab
bato. diſcipuli aūt ei⁹ eſurientes
ceperūt vellere ſpicas ⁊ mādicaē
Phariſei aūt vidētes dixerūt ei. Ec
ce diſcipuli tui faciūt qđ ñ licz eis
facē ſabbatis. At ille dixit eis. Nō
legiſtis quid fecerit dauid qñ eſu
rijt et q̄ cū eo erāt. quō intrauit ī
domū dei ⁊ panes ꝓpoſitōis come
dit q̄s ñ licebat ei edere neqꝫ hijs
q̄ cū eo erant: ñ ſolis ſacerdotibꝫ.
Aut nō legiſtis in lege qꝛ ſabba
tis ſacđotes ī tēplo ſabbatū vio
lāt ⁊ ſine crimine ſūt. Dico autē
vob. qꝛ tēplo maior ē hic. Si autē
ſciretis q̄d ē miſericordiā volo et
nō ſacrificiū: nūq̄ ɔdēnaſſetis ino
centes. Dñs eñ eſt fili⁹ hoīs: etiā
ſabbati. Et cū inde trāſiſſet venit
ī ſynagogā eoꝝ. Et ecce hō manū
hñs aridā. Et īterogabāt eū dicē
tes. Si licet ſabbatis curare. Vt
accuſarēt eum. Ipe aūt dixit illis.
Quis erit ex vob hō q̄ habeat ouē
vnā. Et ſi ceciderit hec ſabbatis ī
foueā: nōne tenebit ⁊ leuabit eā.
Quāto magis melior ē homo oue.
Itaqꝫ licz ſabbatis bñfacere Tūc
ait hoī. Extēde manū tuā. Et exten
dit ⁊ reſtituta eſt ſanitati ſicut al
tera. Exeūtes aūt phariſei: ɔſiliū
faciebāt adūſus eum quō pderēt
eū. Ihūs aūt ſciens receſſit inde ⁊
ſecuti ſunt eū multi ⁊ curauit eos
oēs. Et p̄cepit eis ne maīfeſtū eū
facerent: ut adimpleret̄ qđ dictū
ē p yſaiā ꝓphā dicentē. Ecce pu
er me⁹ quē elegi: dilectus me⁹ in

quō bñ ɔplacuit aīe mee. Ponā
ſpm̄ meū ſup eū ⁊ iudiciū gētib⁹
nūciabit. Nō ɔtendet neqꝫ clama
bit: neqꝫ audiet aliq̄s in plateis
vocē ei⁹. Arūdinē quaſſatā nō cō
fringet et linū fumigās nō extin
guet: donec eiciat ad victoriā iudi
ciū ⁊ in noīe ei⁹ gentes ſpabunt.
Tūc oblat⁹ ē ei demoniū habēs
cecus ⁊ mutus ⁊ curauit eū ita ut
loqueret̄ ⁊ videret. Et ſtupebant
oēs turbe ⁊ dicebāt. Nūquid hic
ē fili⁹ dauid. Phariſei aūt audi
entes dixerūt. Hic nō eicit demōes
ñ in beelzebub pncipe demoniorū
Ihs aūt ſciēs cogitacōes eorū di
xit eis. Omē regnū diuiſū cōtra ſe
deſolabit̄ ⁊ oīs ciuitas vel dom⁹
diuiſa ɔtra ſe ñ ſtabit Et ſi ſatha
nas ſathanā eicit: aduēſus ſe di
uiſus ē. Quō ḡ ſtabit regnū ei⁹.
Et ſi ego ī beelzebub eiCio demōes
filij vrī i q̄ eiciūt. Ideo ipi iudices
erūt vri. Si āt ego ī ſpū dei eicio de
mones: igit̄ puenit in vos regnū
dei Aut quō pōt quiſq̄ intrare in
domū fortis ⁊ vaſa ei⁹ diripe niſi
p̄us alligauerit fortem. Et tūc do
mū illi⁹ diripiet. Qui non ē mecū
cōtra me ē ⁊ q̄ nō ɔgregat mecuꝫ
ſpgit. Ideo dico vob. omē peccatū
⁊ blaſphemia remittet̄ hoībꝫ. ſpi
ritus aūt blaſphemie nō remitte
tur. Et quicūqꝫ dixerit verbum
contra filiuꝫ hominis remittetur
ei. qui autem dixerit contra ſpiri
tumſanctum non remittetur ei.
neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in futuro.
Aut facite arborem bonam et fru
ctum eius bonum. aut facite arbo
rem malam et fructū eius maluꝫ
Siquidē ex fructu arbor agnoſcit̄

Progenies viperaꝝ·quō poteſtis
bō loq̄ cū ſitis mali.Ex abūdātia
em̄ cordis os loquit̄·Bonꝰ hō de
bono theſauro ꝓfert bō.Et malꝰ
hō de malo theſauro ꝓfert mala
Dico āt vob̄ qm̄ oē verbuꝫ otioſū
qḋ locuti fuerint hoīes reddent ra
tioneꝫ de eo in die iudicij·Ex verb
em̄ tuis iuſtificaberis ⁊ ex verbis
tuis ↄdēnaberis·Tūc rn̄derūt ei q̄
dam de ſcribis et phariſeis dicen
tes·Magiſter volumꝰ a te ſignū
videre·Qui rn̄dens ait illis·Gn̄a
tio mala ⁊ adultera ſignū querit
⁊ ſignū nō dabit̄ ei n̄ ſignū ione
ꝓphe·Sicut em̄ fuit ionas in ven
tre ceti tribꝰ diebꝰ ⁊ tribus nocti
bꝰ·ſic erit filiꝰ hoīs in corde terre
tribꝰ diebꝰ ⁊ tribus noctibꝰ·Vi
ri niniuite ſurgēt in iuditio cū ge
neracōne iſta ⁊ ↄdēnabunt eā·q̄r
penitentiā egerūt in p̄dicacōe io
ne Et ecce plus q̄ȝ iona h̄·Regina
auſtri ſurget in iudicō cū gn̄acō
ne iſta ⁊ ↄdēnabit eaꝫ·q̄r venit a
finibꝰ terre audiē ſapientiā ſalo
mōis Et ecce plus q̄ȝ ſalomō hic·
Cū aūt immūdus ſpūs exierit ab
hoīe ambulat p loca arida q̄rēs
requiē et nō iuenit·Tūc dicit Re
uertar in domū meaꝫ vn̄ exiui·Et
veniēs inuenit eā vacantē ſcopis
mundatā ⁊ ornataꝫ·Tūc vadit
et aſſumit ſepteꝫ alios ſpūs ſecū
neq̄tiores ſe ⁊ intrātes hitant ibi
et fiūt nouiſſima hoīs illiꝰ peiora
p̄oribus·Sic erit ⁊ gn̄acōni huic
peſſime·Adhuc eo loquente ad
turbas·ecce mat̄ eiꝰ ⁊ fratres ſta
bant foris q̄rentes loqui ei·Dixit
aūt ei quidā·Ecce mat̄ tua ⁊ frēs
tui foris ſtāt q̄rentes te·At ipſe re

ſpōdens dicēti ſibi ait·Que ē mat̄
mea ⁊ q̄ ſunt frēs mei.Et extēdēs
manuꝫ in diſcipulos ſuos dixit·
Ecce mr̄ mea ⁊ fratres mei·Quicū
q̄ȝ em̄ fecerit volūtatē pr̄is mei q̄ ī
celis eſt ipſe meus frater ſoror et
mater eſt· ¶Ca·xiij·

In illo die exiens ih̄us de do
mo ſedebat ſecus mare ⁊ cō
gregate ſūt ad eū turbe multe ita
ut in nauiculaꝫ aſcendēs ſederet ⁊
oīs turba ſtabat in litore ⁊ locu
tus ē eis multa in parabol̄ dicēs
Ecce exijt qui ſeminat ſemiare·Et
dū ſemiat quedā ceciderūt ſecus
viā ⁊ venerūt volucres ⁊ comede
rūt ea·Alia aūt ceciderūt in petro
ſa vbi nō habebāt terraꝫ multaꝫ
⁊ ↄtinuo exorta ſūt q̄r n̄ habebāt
altitudinē terre·Sole āt orto eſtu
auerūt ⁊ q̄r nō habebāt radicem
aruerūt·Alia aūt ceciderūt in ſpi
nas ⁊ creuerūt ſpine ⁊ ſuffocaue
rūt ea·Alia aūt ceciderūt in terrā
bonā ⁊ dabāt fructū·aliud cente
ſimum·Aliud ſexageſimū·aliud
triceſimū·Qui hꝫ aures audiēdi
audiat·Et accedētes diſcipuli di
xerūt ei·Quare in parabol̄ loq̄ris
eis.Qui rn̄dens ait ill̄·Quia vob̄
datū eſt noſſe miſteria regni celo
rū illis aūt nō ē datū·Qui em̄ hꝫ
dabit̄ ei ⁊ abundabit·q̄ aūt non
hꝫ ⁊ qḋ hꝫ auferet̄ ab eo·Ideo in
parabolis loquor eis·q̄r vidētes
nō vidēt ⁊ audiētes nō audiunt
neq̄ȝ intelligūt ⁊ adimplet̄ in eis
ꝓphetia yſaie dicētis·Auditu au
dietis ⁊ nō intelligetis ⁊ vidētes
videbitis et nō videbitis·Incraſ
ſatū eſt em̄ cor ꝑpli huiꝰ ⁊ auribꝫ
grauit̄ audierunt ⁊ oculos ſuos

clauſerūt: neq̄n videant oculis et
auribꝰ audiāt ⁊ corde intelligāt
⁊ ꝯuertant̄ ⁊ ſanē eos. Veſtri āt
beati oculi q̄ vidēt ⁊ aures veſtre
q̄ audiūt. Amen quippe dico vo
bis. q̄ multi ꝓphe ⁊ iuſti cupierūt
videre q̄ videtis ⁊ nō viderūt ⁊ au
dire que auditis ⁊ nō audierunt
Vos ḡ audite pabolā ſeminātis
Oīs qui audit verbū regni et nō
intelligit: venit malus ⁊ rapit qd̄
ſeminatuz ē in corde eiꝰ. Hic ē qui
ſecus viā ſeminatꝰ ē. Qui aūt ſup
petroſa ſemiatus ē. hic ē q̄ verbū
audit ⁊ ꝯtinuo cū gaudio accipit
illud. Nō habet aūt in ſe radicez.
ſʒ eſt tpal̄. Facta aūt tribulatiōe
⁊ pſecucōe ꝓpt̄ verbū ꝯtinuo ſcā
daliſat̄. Qui aūt eſt ſeminatus i
ſpinis. hic ē q̄ verbū dei audit et
ſollicitudo ſeculi iſtiꝰ ⁊ fallatia di
uitiaꝝ ſuffocat verbum ⁊ ſine fru
ctu efficit̄. Qui vero in terrā bonaz
ſeminatꝰ eſt. hic ē qui audit ver
bū ⁊ intelligit ⁊ fructū affert ⁊ fa
cit aliud q̄dez centeſimū aliud āt
ſexageſimū aliud vero triceſimū.
Aliā pabolaz ꝓpoſuit ill̄ dicēs. Si
mile factū ē regnuz celoꝝ hoī q̄ ſe
miauit bonū ſemē i agro ſuo. Cū
aūt dormirēt hoīes venit inimicꝰ
eiꝰ ⁊ ſupſemiauit zizania i medio
tritici ⁊ abijt. Cū aūt creuiſſet her
ba ⁊ fructū feciſſet: tūc apparuerūt
⁊ zizania. Accedētes aūt ſerui pr̄is
familias dixerūt ei. Dn̄e: nōne bonū
ſemen ſeminaſti i agro tuo. Vn̄
ergo habꝫ zizania. Et ait illis. Ini
micus homo hoc fecit. Serui aūt
dixerūt ei. Vis imus ⁊ colligimꝰ
ea. Et ait. Nō. Ne forte colligētes
zizania eradicetis ſimul̄ cum eis ⁊

tritictū. Sinite vtraq̄ creſcere vſq̄
ad meſſez ⁊ i tpe meſſis dicā meſ
ſoribꝫ. Colligite p̄mū zizania ⁊ al
ligate ea faſciculos ad ꝯburendū.
triticū aūt ꝯgregate i horreū meū
Aliā pabolā ꝓpoſuit eis dicēs. Si
mile ē regnū celoꝝ grāno ſinapis
qd̄ accipiēs hō ſeminauit i agro
ſuo qd̄ minimū quidē ē oībꝰ ſemi
nibꝰ. Cuz āt creuerit maiꝰ ē oībꝰ
oleribꝰ ⁊ fit arbor ita ut volucres
celi veniāt ⁊ habitēt i ramis eiꝰ.
Aliā pabolā locutus ē eis. Simile
ē regnū celoꝝ fermēto qd̄ acceptū
mulier abſcōdit in farine ſatis tri
bus: donec fermētatū ē totū. Hec
oīa locutꝰ ē iħus i pabol̄ ad tur
bas ⁊ ſine pabol̄ nō loq̄bat̄ eis
ut ipleret̄ qd̄ dictuz erat ꝑ ꝓphaz
dicentē. Aperiā i pabol̄ os meum
eructabo abſcōdita a ꝯſtitucōne
mūdi. Tūc dimiſſis turbis venit
i domū ⁊ acceſſerūt ad eū diſcipuli
eiꝰ dicentes. Ediſſere nob̄ pabolā
zizanioꝝ agri. Qui rn̄dēs ait. Qui
ſemiat bonū ſemen: eſt filiꝰ hoīs.
Ager aūt. ē mūdꝰ. Bonuz vero ſe
mē. hij ſūt filij regni. zizania āt. fi
lij ſūt neq̄. Inimicꝰ aūt q̄ ſemia
uit ea. ē dyabolꝰ. Meſſis vero. ꝯſū
macō ſeculi ē. Meſſores aūt. āgeli
ſūt. Sic ḡ colligūt̄ zizania et igni
ꝯburūt̄. ſic erit i ꝯſūmacōe ſeculi.
Mittet filiꝰ hoīs āgelos ſuos ⁊
colligēt de regno eiꝰ oīa ſcādala ⁊
eos q̄ faciūt iniq̄tatē ⁊ mittēt eos
i caminū ignis. Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtri
dor dētiū. Tūc iuſti fulgebūt ſicut
ſol i regno pr̄is eoꝝ. Qui hꝫ aures
audiēdi audiat: Simile ē regnuz
celoꝝ theſauro abſcōdito i agro
quez qui inuenit homo abſcōdit

et p̄ gaudio illiꝰ vadit ⁊ vendit
vniuſa q̄ hꝫ ⁊ emit agrū illū· Jte
rū ſimile ē regnū celoꝝ hoī nego
tiatori q̄rēti bonas margaritaſ
Jnuēta aūt vna p̄cioſa margari
ta abijt ⁊ vendidit oīa q̄ habuit
⁊ emit eā· Jteꝝ ſimile ē regnū ce
loꝝ ſagene miſſe in mare et ex oī
gn̄e piſciū ꝯgregāti· Quā cum im
pleta eēt educentes ⁊ ſecus litus
ſedētes· elegerūt bonos in vaſa·
malos aūt foras miſerūt· Sic erit
in ꝯſūmacōne ſeculi· Exibūt ange
li et ſepabūt malos de medio iu
ſtoꝝ ⁊ mittēt eos i caminū ignis
ibi erit fletus ⁊ ſtridoꝛ dentiū· Jn
tellexiſtis hec oīa. dicūt ei Etiam
Ait illis. Jō oīs ſcriba doctꝰ in re
gno celorū ſimil' ē hoī patriſfami
lias q̄ ꝓfert de theſauro ſuo no
ua ⁊ vetera· Et factū ē cū cōſūmaſ
ſet ihūs parabolas iſtas trāſijt
inde Et veniēs in patriā ſuā doce
bat eos in ſynagogis eoꝝ ita ut
mirarētur ⁊ dicerent· Vñ huic ſa
piētia hec ⁊ v̄tutes. Nōne hic eſt
fabri filiꝰ. Nōne mat' eiꝰ dicitur
maria ⁊ frēs eiꝰ iacobꝰ ⁊ ioſeph
⁊ ſymō et iudas ⁊ ſorores eiꝰ nō
ne oēs apd' nos ſūt. Vñ ḡ huic
oīa iſta. Et ſcādaliſabant i eo·
Jhūs aūt dixit eis· Nō eſt ꝓpha
ſine honore n̄ in patria ſua ⁊ i do
mo ſua· Et n̄ fec̄ ibi v̄tutes mltas
ꝓpt' icredulitatē illoꝝ· Ca·xiiij·

IN illo tp̄e audiuit herodes
tetracha famā ihū ⁊ ait pu
eris ſuis· Hic eſt iohēs baptiſta
ipē ſurrexit a mortuis ⁊ ideo v̄tutes
opant' in eo· Herodes eñ tenuit
iohannē ⁊ alligauit eū ⁊ poſuit i
carcerē ꝓpt' herodiadē vxorē fr̄is
ſui· Dicebat eñ illi iohēs· Nō licꝫ
tibi habē eā· Et volens illū occide
re timuit ꝓplm· q2 ſicut ꝓpham eū
habebāt· Die aūt natal' herodis
ſaltauit filia herodiadis i medio
⁊ placuit herodi· Vñ cū iuramē
to pollicitꝰ eſt ei dare qdcūqꝫ po
ſtulaſſet ab eo· At illa p̄monita
a matre ſua da m̄ inq̄t hic i diſco
caput iohīs baptiſte· ⁊ ꝯtriſtatꝰ
ē rex· ꝓpt' iuramentū autē ⁊ eos q̄
pit' recūbebāt iuſſit dari· Miſitqꝫ
et decollauit iohēm in carcere· Et
allatū ē caput eiꝰ in diſco ⁊ datū
eſt puelle ⁊ illa attulit matri ſue
Et accedētes diſcipli eiꝰ tulerūt cor
pus eiꝰ ⁊ ſepelierūt illud ⁊ veniē
tes nūtiauerūt ihū· Qd cū audiſ
ſet ihūs ſeceſſit inde in nauiculā
i locū deſ'tū ſeorſū· Et cū audiſſent
turbe ſecute ſunt eū pedeſtres de ci
uitatibꝰ· Et exiens vidit turbam
multā ⁊ miſ'tus eſt eis ⁊ curauit
languidos eoꝝ· Veſpe aūt facto
acceſſerūt ad eū diſcipuli eiꝰ dicē
tes· Deſertꝰ eſt locus ⁊ hora iam
p̄terijt dimitte turbas ut eūtes i
caſtella emant ſibi eſcas· Jheſus
aūt dixit eis· Non hñt neceſſe ire
date illis vos māducare· Rñderūt
ei· Nō hēmꝰ hic niſi qnqꝫ panes et
duos piſces· Qui ait eis· Afferte
m̄ illos huc· Et cū iuſſiſſet turbā
diſcūbere ſup fenū acceptis qnqꝫ
panibꝰ ⁊ duobꝫ piſcibꝰ· aſpiciēs
in celū b̄ndixit ⁊ fregit ⁊ dedit di
ſcipulis panes· diſcipuli aūt tur
bis· Et māducauerūt oēs ⁊ ſatu
rati ſūt· Et tulerūt reliq̄as duodecī
cophinos fragmentoꝝ plenos·
Manducantiū aūt fuit nūerꝰ qn
qꝫ milia viroꝝ exceptis mulieribꝰ

⁊ puul'. Et ſtatī iuſſit diſcipulos
aſcēdere in nauiculā ⁊ p̄cedere eū
trāſfretū donec dimitteret turbas
Et dimiſſa turba: aſcēdit in mōtē
ſolus orare. Veſpe aūt facto: ſo
lus erat ibi. Nauicula autē in me
dio mari iactabat̄ fluctib;. Erat ei
ꝯtrari⁹ ventus. Quarta aūt vigi
lia noctis vēit ad eos ambulās
ſup mare. Et videntes eū ſup mare
ambulātē: turbati ſūt dicētes. q̄
fantaſma eſt. Et pre timore clama
uerūt. Statimq; ihūs locutus eſt
eſt eis dicēs. Habete fiduciā. ego
ſū: nolite timere. Rn̄dēs aūt petr⁹
dixit. Dn̄e ſi tu es iube me venire ſu
per aq̄s. At ipſe ait. Veni. Et deſcē
dens petrus de nauicula ambula
bat ſup aquā ut veniret ad ihm̄.
Vidēs vero ventū validū timuit
Et cū cepiſſet mergi: clamauit di
cens. Dn̄e ſaluū me fac. Et ꝯtinuo
ihūs extendēs manū apprehēdit
eū ⁊ ait illi. Modice fidei quare du
bitaſti. Et cū aſcendiſſet ī nauicu
lā: ceſſauit vētus. Qui aūt in na
uicula erāt: venerūt ⁊ adorauerūt
eū dicentes Vere fili⁹ dei es. Et cū
trāſfretaſſent venerūt in terrā ge
neſar. Et cū cognouiſſent eū viri
loci illius miſerūt in vniuſā regio
nē illā ⁊ obtulerunt ei oēs male
hn̄tes ⁊ rogabāt eū ut vel fimbri
am veſtimēti ei⁹ tāgerēt Et q̄cūq;
tetigerūt ſalui facti ſūt. Ca. xv.

Tunc acceſſerūt ad eū ab ihe
roſolimis ſcribe ⁊ phariſei di
cētes. Quare diſcipli tui trāſgredi
unt̄ tradicōes ſeniorū. Nō ei lauāt
man⁹ ſuas cū panē māducāt Ip
ſe āt rn̄dens ait illis. Quare ⁊ vos
trāſgredimini mādatū dei ꝓpt̄ tradi
tionē vrā. Nā de⁹ dixit. Honora
p̄rē ⁊ mrē ⁊ q̄ maledixerit p̄ri vel
mr̄i: morte moriat̄. Vos āt dicitis
quicūq; dixerit p̄ri vel mr̄i: mun⁹
qđcūq; eſt ex me tibi ꝓderit ⁊ nō
honorificabit p̄rē ſuū ā matrē ſu
am aut irritū feciſtis mādatū dei
ꝓpt̄ tradicōem veſtrā. Ypocrite bn̄
ꝓphauit de vob̄ yſaias dicēs Po
pulus hic labiis me honorat. cor
aūt eorū lōge ē a me. Sine cā aūt
colūt me dicētes doctrinas et mā
data hominū. Et ꝯuocatis ad ſe
turb̄ dixit eis. Audite et intelligi
te Nō qđ intrat ī os coīq̄nat ho
minē. ſ; qđ ꝓcedit ex ore hoc coīn
q̄nat hoīem. Tūc accedētes diſci
puli ei⁹ dixerūt ei. Scis q̄ phari
ſei audito hoc verbo ſcandaliſati
ſūt. At ille rn̄dens ait. Oīs plan
tatio quā nō plātauit pat̄ me⁹ ce
leſtis eradicabit̄. Sinite illos. ce
ci ſūt ⁊ duces cecorū. Cecus aūt ſi
ceco ducatū p̄ſtet: ābo in foueā ca
dūt. Rn̄dens āt petr⁹ dixit ei. Ediſ
ſere nob̄ pabolā iſtā. At ille dixit.
Adhuc ⁊ vos ſine itellectu eſtis.
Nō itelligitis q̄a oē qđ ī os intrāt
in ventrē vadit ⁊ ī ſeceſſū emitti
tur. Que āt ꝓcedūt de ore. de cor
de exeūt ⁊ ea coīq̄nāt hoīem. De
corde ei exeūt cogitacōes male. ho
micidia. adulteria. fornicacōes fur
ta. falſa teſtiōia. blaſphēie. Hec
ſūt q̄ coīq̄nāt hoīez. Nō lotis āt
manib⁹ māducare nō coīq̄nat
hoīez. Et egreſſus īde ſeceſſit ī ptes
tyri ⁊ ſydōis Et ecce mlier chana
nea a finib⁹ ill' egreſſa clamauit
dicens ei. Miſerere mei domine fi
li dauid: filia mea male a demōio
vexat̄. Qui nō reſpondit ei verbū.

Et accedētes diſcipl̄i ei⁹ rogabāt
eū dicētes. Dimitte eā. q̄a clamat
poſt nos Jpe āt rn̄dens ait Nō ſū
miſſus n̄ ad oues q̄ ꝑierūt dom⁹
iſrl̄. At illa venit ⁊ adorauit eū di
cēs. dn̄e adiuua. Qui rn̄dens ait.
Nō eſt bonū ſumere panē filiorū
⁊ mittē canib⁹. At illa dixit. Etiā
dn̄e. Nā et catelli edūt de micis q̄
cadūt de mēſa dn̄oꝝ ſuoꝝ. Tunc
rn̄dens ih̄s ait illi. O mulier ma
gna ē fides tua fiat tibi ſicut vis.
Et ſanata eſt filia ei⁹ ex illa hora
Et cū trāſiſſet inde ih̄s venit ſec⁹
mare galilee. Et aſcēdens in mōtē
ſedebat ibi. Et acceſſerūt ad eum
turbe multe hn̄tes ſecū mutos. ce
cos. claudos. debiles et alios ml̄
tos ⁊ ꝓiecerūt eos ad pedes eius
⁊ curauit eos ita ut turbe mirarē
tur videntes mutos loquentes.
claudos ambulātes. cecos viden
tes. ⁊ magr̄ficabant deū iſrl̄. Jh̄s
aūt ꝯuocatis diſcipul̄ ſuis dixit.
Miſereor turbe q̄ꝛ triduo iā ꝑſeue
rant mecū ⁊ nō hn̄t q̄d māducēt
Et dimittere eos ieiunos nolo ne
deficiāt i via Et dicūt ei diſcipuli.
Vn̄ ḡ nob̄ in deſerto panes tātos
ut ſaturem⁹ turbā tātam. Et ait
illis ih̄us. q̄t panes hētis. At illi
dixerūt. Septē ⁊ paucos piſcicu
los. Et p̄cepit turbe ut diſcūberēt
ſup terrā. Et accipiens ſeptē pa
nes ⁊ piſces ⁊ grās agēs fregit ⁊
dedit diſcipul̄ ſuis et diſcipuli de
derūt ꝑplo. Et comederūt oēs ⁊ ſa
turāti ſūt. Et q̄d ſupfuit de fragmē
tis tulerūt ſeptē ſportas plenas.
Erāt aūt q̄ manducauerūt q̄tuor
milia hoim extr̄ puulos ⁊ mulie
res. Et dimiſſa turba aſcēdit i na

uiculā ⁊ venit in fines magedan.
ET acceſſerūt ad ¶ Ca. xvi.
eū phariſei ⁊ ſaducei tēptā
tes ⁊ rogauerūt eū ut ſignū de ce
lo oſn̄deret eis. At ille rn̄dens. Ait
illis. Facto veſpe dicitis ſerenū
erit rubicūdū ē eñ celū. Et mane
hodie tēpeſtas. rutilat ei triſte ce
lū. Faciē ḡ celi diiudicare noſtis.
ſigna āt tpm nō poteſtis. Gene
ratio mala et adulterā ſignū que
rit ⁊ ſignū nō dabit̄ ei niſi ſignū
ione. Et relictis illis abijt. Et cū ve
niſſent diſcipuli ei⁹ trans fretū.
obliti ſūt panes accipe. Qui dixit
illis. Intuemini ⁊ cauete a fermē
to phariſeoꝝ et ſaduceoꝝ. At illi
cogitabāt int̄ ſe dicētes. Quia pa
nes nō accepim⁹. Sciēs aūt ih̄us
dixit. Quid cogitatis int̄ vos mo
dice fidei. q̄a panes nō hētis. Nō
dū intelligitis neq; recordami q̄n
q; panū ⁊ q̄nq; milia hoim et q̄t
cophinos ſūpſiſtis. Neq; ſeptē
panū ⁊ q̄tuor milia hoim ⁊ quot
ſportas ſūpſiſtis. Quare nō intel
ligitis q̄ꝛ nō de pane dixi vob̄. ca
uete a fermēto phaiſeoꝝ ⁊ ſadu
ceoꝝ. Tūc intellexerūt q̄ꝛ non di
xerit cauendū a fermēto panū. ſ;
a doctrina phaiſeoꝝ ⁊ ſaduceoꝝ
Venit aūt ih̄us in ptēs ceſaree
philippi et interrogabat diſcipu
los ſuos dicens. Quē dicūt hoies
eē filiū hoīs. At illi dixerunt. Alij
iohēz baptiſtā. Alij āt heliā. Alij
vero iheremiā ā vnū ex ꝓphīs. Di
cit illis ih̄s. vos aūt quē me eē
dicitis. Rn̄dens ſymō petrus di
xit. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui Reſpō
dens aūt ih̄us dixit ei. Beatus es
ſymon bariona. q̄ꝛ caro ⁊ ſāguis

nō reuelauit tibi·ſȝ paťme⁹ qui i
celis eſt·Et ego dico tibi·q̄a tu es
petrus ⁊ ſup hāc petrā edificabo
ecclīam meā ⁊ porte inferi non pre
ualebūt adūſus eaꝫ· Et tibi dabo
claues regni celoꝝ·Et q̄dcūqꝫ li
gaueris ſup terrā erit ligatū ⁊ in
celis ⁊ q̄dcūqꝫ ſolueris ſup terraꝫ
erit ſolutū ⁊ in cel̄·Tūc p̄cepit di
ſcipul̄ ſuis ut nemini dicerent q̄a
ipſe eēt ih̄s xp̄us·Exinde cepit ihe
ſus oñdere diſcipul̄ ſuis·q̄ꝛ opoꝛ
teret eum ire iheroſolimā ⁊ multa
pati a ſenioꝛib⁹ ⁊ ſcribis ⁊ princi
pib⁹ ſacerdotum ⁊ occidi ⁊ tertia
die reſurgere.Et aſſumēs eū petr⁹
cepit increpare illū dicens· Abſit
a te dñe:nō erit tibi hoc·Qui ꝯuer
ſus dixit· vade poſt me ſathanas
ſcandalū es m̄·q̄ꝛ non ſapis ea q̄
dei ſūt·ſȝ ea que ſūt hoim·Tūc ihe
ſus dixit diſcipul̄ ſuis Si q̄s vult
poſt me venire abneget ſemetip̄m
⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſeq̄tur me.Qui
enī voluerit aīaꝫ ſuā ſaluā facere:
pdet eā·Qui aūt pdiderit aīaꝫ ſu
am ꝓpť me:inueniet eā·Quid enī
ꝓdeſt homini ſi mūduꝫ vniūſū lu
creť·aīe vero ſue detrimētuꝫ patia
tur.Aut quā dabit hō ꝯmutatio
nē ꝓ aīa ſua.Filius enī ventur⁹
eſt i glīa patris ſui cū angel̄ ſuis
⁊ tunc reddet vnicuiqꝫ ſcd̄m opera
eius · Amen dico vobis ſunt qui
dam de hic ſtantibus qui nō gu
ſtabunt mortem:donec videant
filium hominis venientē in regno
ſuo· ¶Capitulū·xvij·

Et poſt dies ſex aſſūpſit ihe
ſus petrꝫ ⁊ iacobū ⁊ iohēm
